



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXXVIII. Graf Bernhard von Dannenberg überläßt 2 Hufen in Garz an Heinrich von Dannenberg, am 22. Mai 1290.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

XXXVIII. Graf Bernhard von Dannenberg überläßt 2 Hufen in Garz an Heinrich von Dannenberg, am 22. Mai 1290.

Nos Bernardus, Dei gracia Comes de Dannenberge, presentis pagine continencia ad publicam peruenire cupimus noticiam, Quod dilecto nostro Hinrico, dicto de Dannenberge, proprietatem duorum mansorum sitorum in Gardis contulimus racionabiliter possidendos. Ne autem etc. Datum Domeliz, Anno Dni. M. C. C. nonagesimo, In festo penthecostes feria secunda.

Danneil's Kirchengesch. v. St. Salzwedel, S. 5.

XXXIX. Ritter Heinrich von Dannenberg verkauft 2 Hufen aus Garz an das Kloster zum heil. Geist in Salzwedel, am 4. Juni 1291.

In nomine Domini Amen. Ego Hinricus, miles, dictus de Dannenberghe, recognosco — Quod vendidi Ecclesie sancti Spiritus extra ciuitatem Soltwedele in villa perwere proprietatem duorum mansorum, in villa Gardiz sitorum, cum omni iure, quam ego a domino meo Comite Bernardo de Dannenberghe mea pro pecunia comparau, perpetuo libere possidendam. Vt autem etc. Datum et actum Anno Incarnacionis Dni. M°. CC°. LXXXI°. pridie Nonas Iunii.

Danneil's Kirchengesch. v. St. Salzwedel, S. 5.

XL. Markgraf Otto vereignet dem heil. Geist-Kloster in Salzwedel einen von Heinrich von Zege erkauften Hof in Perwer, am 25. März 1292.

In nomine Domini Amen. Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, istius scripture estimonio recognoscimus et publice protestamur, quod nos religiosis uiris fratribus ecclesie sancti Spiritus apud Soltwedel unam curiam in villa Perwere cum duobus mansis et omni iure et omnibus attinentiis, ita sicut iudem fratres a Henrico de Jedicz eam emerunt et sicut idem Henricus eam ante possederat, donauimus iusto titulo proprietatis possidendam. Vt igitur huius proprietatis donatio nostra non solum a nobis sed etiam ab heredibus nostris inuolabiliter obseruetur, in testimonium euidentis presentes literas sigilli nostri appensione et testium subscriptione fecimus roborari. Sunt autem testes huius rei Dominus Johannes de uelde, dapifer noster, Dominus Boldewinus de knesebeke, Dominus Johannes de Gartow, Dominus Albertus de Bardeleue, Dominus Bodo, Syfridus et Conradus de Walfthove et quam plures alii nostri milites et uasalli. Datum Soltwedel, Anno Domini M°. CC°. LXXXII°. In die annunciationis Marie uirginis.

Nach einem Transsumpt v. J. 1448.